ratione consulendum esse arbitrantur.

Postremo neque cum dictis Principibus, neq. cum M.tis in hac causa diuius uidetur agendum, donec S. D. N. primo quoq. tempore consulatur, eoq. maxime consilia dirigenda, ut interim Tridentini Concilij mentionem et professionem in ipso rescripto diserte illi interponant, sicut est supradictum: aut si hoc fieri nequeat obtinerij, ut idem in congregatione Principum hac ipsa de re mentem suam declarent, publicej testentur. Quod eorum testimonium in acta referri, et apud Pontifices uelire poterit aliquando Christo auxiliante.

Haec à nobis dicta sint, et subiecta reuerenter iudicio S. D. N. Sanctae Sedis Apostolicae omniumq. rectius sentientiu.

Hier.s Natalis + P. Canisius. Jacobus Ledesma.

De scripto atroci, et bonorum laedente contra Religionem nr.am Cath.cam à temporib. Apl.orum usq. ad
fol. 2. nos natam, et conseruatam, contra Cae.s V. M. ac etiam Romanam Apostolicam Ecclesiam contra nostros M.tis Vr.ae, et alterius etiam partis, qui ex hac mundo discesserunt patientes, et progenitores, qui in hac ipsa Cath.ca Religione constanter perseuerauerunt.

Religio nostra Cath.ca ab ipsis Sanctis Apostolis, et iam inde per totum Christianismum in pace unum
p. 3. continuatum intellectum ad nos usq. per legitimam Successionem propagatam, multorum constantiu Martyrum sanguine confirmatum, et quondam Christiana fides in Germanica Natione fuit, usq. adhuc stabilis, et permanens, per quam etiam Sanctum Imperium Germanicae Nationis quouis tempore in magno honore, reputatione, et omni successu, et praeterea in Christiana disciplina pietate, honestate ac fidei concordia constitit.

p. 5. Felice, et Julio Pontificibus Romanis, Cypriano, et Ambrosio Mediolanen. Eppis.
Euangelium non est nouum, nec potuit aliunde haberij, quam sicut à S.tis Apostolis, et nris
p. xxj. Patribus ad nos peruenit, quod Vniuersalis Cath.ca et Apl.ca Ecclesia conseruauit, et in aeternum circa illud manebit.

Viam generalis Concilij Ordinariam Regiam, et conuenientissimam esse inter omnes alias. Et
p. 11. proinde studio Cae.s M.tis tentandum uideri, si forte per Dei gratiam omnes Status Ecc.ae. et Politici concordari possent per decreta Generalis Concilij proxime celebrati Tridentini quantu est possibile, sin minus suaudi possibile ut hoc penitus, et in omnibus fiat: tamen quoad dogmata Cath.cae fidei, nil quoad doctrinam nostrae Christianae fidei, et quantum ad reformationem morum, ad Christianam, piam, uitam, et ad usum Ecclesiasticae, et Secularis politiae conuenienti Germanicae Stationi.

Cath.ci parates se offerunt ad bona media concordiae et reformationis acceptanda, si qui Cae.s
p. 17. M.tis commoda proposuerit, sed cum hac additione, ut nullum praeiudicium aliquo modo fiat nostrae Catholicae, uniuersali, et Christianae Religioni, et praeterea legitimo iam celebrato proximi Conc.i Tridentino, potissimum in quantum substantiam Religionis in doctrina, et Sacramentis concernit.

p. 26. Hoc opus, negotium scilicet Religionis ad dogmata, et substantiam Religionis principaliter pertinet.

Sicut nostri Religioni Maiores, et Progenitores ab eo tempore quo Christiana fides ad Germanos
p. 27. pervenit, obtemperarunt, sic nos etiam libere et rotunde declaramus nos mansuros cum Vniuersali Cath.ca